

„ Patriarchis Stephano, Antonio & Nicolao quotannis saufa olim Græci appreabantur in dominica Orthodoxia, nempe secunda Quadragesima, ut constat ex Epistola inscripta: Epistola Sancte Ecumenice Nicenæ Synodi, quæ causa die publice legebatur.

COLLOQUIUM III.

De Gravibus Controversiis, quæ nono seculo Ecclesiam perturbarunt.

M. **Q**uinque potissimum nono Ecclesiæ sæculo graves obortæ sunt Controversiæ, quarum prima spectat Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum. Altera excitata fuit occasione doctrinæ Gottschalci Monachi Cœnobii Orbacensis, Diœcesis Sueßionensis, in Galliis, circa geminam prædestinationem, liberum hominis arbitrium, divinam voluntatem salvandi omnes homines, ac præmium Sanguinis, quem pro hominum salute, in ara Crucis effudit Christus Dominus; quæ quidem Controversia per se satis implexa, valde que abstrusa, diu multumque Ecclesiam, nono sæculo sollicitavit. Tertia Controversia originem habuit ex modo, quo Christus Dominus et Maria Virgine processit. Qua de re libri ultro citroque conscripti sunt a Paschasio Radberto, et Ratramno. Quartæ Controversiæ locum dedit fuisse Græcorum dissidium, seu nefarium Schisma, quo ab Ecclesia Romana, instigante Photio Pseudo-Patriarcha Constantinopolitanus, Græci se separarunt: de quo Schismate etiamnum ingemiscimus. Postrema Controversia enata est circa cultum, qui sacris Imaginibus deferri debet; quæ Controversia nono Ecclesiæ sæculo maxime viguit in Galliis, & magno animorum æstu fuit agitata. De quatuor prioribus Controversiis, data opera in hoc Colloquio differemus; quintam vero Controversiam, quæ pertinet ad Cultum Imaginum, ne longius protrahatur istud Colloquium, consulto remitteremus ad proximum, quod cœlestina luce habebimus, Colloquium, ubi agendo de Conciliis, quæ nono Ecclesiæ sæculo fuerunt celebrata, opportuna se offeret occasio tractandi de Synodo Parisiensi, in qua de Cultu Imaginibus exhibendo actum est, ibidemque hanc de Cultu Imaginum Controversiam maturo examine discutiemus, & doctrinam, quam nono sæculo Ecclesia Gallicana circa Cultum Imaginum propugnabat, explanabimus.

D. Incipiamus, quæ, a Controversia, quæ spectabat Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, deinde ad alias disceptiones, de quibus in hoc Colloquio pertractandi provinciam suscepisti, recto ordine progrediemur.

M. Controversiæ, quæ circa Sacro-Sanctum Eucharistiæ Sacramentum, nono Ecclesiæ sæculo emerit, origo nata videretur ex Paschasi Radberti, Abbatii Monasterii Corbejensis libro, quem de Corpore & Sanguine Domini eodem sæculo compofuit, in quo dogma de reali præsentiæ Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento, & transubstantiationis dogma, sed etiam dilecta docebat, Corpus

transubstantiatione tam clare exponit, ac defensit, ut Ecclesia Romana Paschasi Radberti velut Apostolicæ traditionis, hac in doctrina fiducum interpretetur & egregium propugnatorem etiamnum agnoscat. At ex adverso Hæretici nostri temporis præseniæ realis Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento, & transubstantiationis dogmatis osores, eundem Paschasi ut novatores habent, & tanquam realis Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistiæ præsentiæ, (a) nec non Transubstantiationis Auctorem inventoremque injuriis lacebunt, eique varios adversarios ejusdem sæculi noni, & decimi opponunt, quo probent, eum contra fidem antiquitus receptam invexisse novam doctrinam, cui liberis editis nono sæculo restiterint Anonymus quidam Scriptor, Amalarius, Rabanus & Ratramnus, sub finem vero decimi sæculi Herigerus Abbas Monasterii Laubienensis, quos Scriptores Catholica Ecclesia semper in honore habuit. Non agemus in hoc Colloquio de libro, quem edidit Paschasi Radbertus, quicque inscribitur: De Corpore & Sanguine Domini, quia in quinto Colloquio, ubi referemus Opera Virorum illustrium, qui nono Ecclesiæ sæculo floruerunt, de prædicto Paschasi libro nostrum feremus judicium, & eadem opera revincemus temeritatem Hæreticorum, quos asserere non pudet, Paschasi in propugnando dogmate de reali præsentiæ Corporis Christi in Eucharistiæ, & de Transubstantiatione novatorem fuisse, qui antiquam fidem ac traditionem (quam Hæretici, si superis placet, se conservasse obganiunt) novis commentis infecit, ut realis præsentiæ, atque transubstantiationis doctrinam aequalibus, ac posteris suis propinaret. Remiso itaque Paschasi libri examine ad Colloquium quintum, hic tantum breviter, quoad ejus fieri poterit, explicabimus, in quo sita esset Controversia, quæ nono Ecclesiæ sæculo Paschasi inter & alios ejusdem sæculi mox laudatos Catholicos Scriptores circa Eucharistiæ Sacramentum suborta est. Afferunt Hæretici persicæ frontis audacia, hanc Controversiam in eo positam fuisse, quod Paschasi præsentiæ realis, & transubstantiationis doctrinam nuper a se excogitatam mordicus propugnaret, ejus vero adversarii mox citati aviæ fidei tenaces veram, & realem Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistiæ præsentiæ, necnon transubstantiationis dogma totis viribus impugnarent, & aperte irent inficias. Verum, rem aliter se habere, & Hæreticos turpiter hallucinari, proclive est demonstrare. Status quippe Controversiæ Paschasi, ejusque adversariorum disceptantium non in hoc versabatur, an Corpus Christi esset vere & realiter presentes in Eucharistiæ Sacramento, nec ne? sicut communisunt Hæretici; sed in hoc totius controversiæ Cardo volvebatur, an Corpus Christi in Eucharistiæ esset illud idem Corpus, quod natum est ex Maria Virgine? Paschasi siquidem in suo libro de Corpore & Sanguine Domini non solum luculententer adstruebat præsentiæ realis Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento, & transubstantiationis dogma, sed etiam dilecta docebat,

Corpus

Ambrosii, quod non sit alia Caro Christi, quam quæ nata est de Maria, & passa in Cruci, & resurrexit de Sepulcro. Hoc inquit, idest Paschasi, & ipsa est, & ideo Christi est caro, quæ pro mundi vita bodie offertur. Hoc in Capitulo libri Paschasi positum est secundo. Similiter dicitur & in octavo ejusdem libri Paschasi Capite, vere credo, & hoc, quod confititur in verbo Christi per Spiritum Sanctum, corpus ipsius esse ex Virgine. Istud plane fateor, nunquam me prius audisse, vidisse, legisse. Vides hunc Anonymum Scriptorem, qui contra Paschasi scriptis, nullam de reali Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento praesentia, cum Paschasi item movisse, sed in hoc tantum Paschasi reprehendisse, quod diceret, Corpus Christi in Eucharistiæ existens, idem Corpus esse, quod ex Maria Virgine natum est? Similiter Rabanus Archiepiscopus Moguntinus, alter Paschasi adversarius, in doctrina de reali præsentiæ Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistiæ, & de transubstantiatione, cum Paschasi editis, acriter insectati sunt. Hunc verum fuisse istius Controversiæ fatum, ex eo maxime liquet, quod mox citati adversarii Paschasi, in dogmate de reali præsentiæ Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento, & de transubstantiatione cum Paschasi conveniebant, & in hoc tantum ab eo diffidebant, quod vellent, Corpus Christi in Eucharistiæ existens, non esse idem Corpus, quod ex Maria Virgine natum, & in Cruci passum est, sicut affirmabat Paschasi. Horumque Scriptorum testimonia, quæ rem plane confiunt, hic in medium proferre haud pigebit. In primis Anonymus, qui contra Paschasi scriptis, & cuius libellum in Codice Gemblacensi cum Herigeri Abbatis Laubiensis in Opusculo invenit, & ad calcem part. II. sæculi IV. Benedictini edidit Mabillonius, sub hoc titulo: *Didæ cujusdam Sapientis de Corpore, & Sanguine Domini, adversus Radbertum.* Hic, inquam, Anonymus consultationem suam a Confessione Fidei Catholicæ auspiciatur, his verbis: *Quod Corpus & Sanguis Domini vera sit caro, verisque sanguis, unusquisque debet credere, nosse, tenere, confiteri, pariter & incunctanter afferere fidelis.* Prorsus quisquis hoc negat, esse cognoscitur, & convincitur infidelis.... hoc ergo profecto fidelissime confirmo, & addo, quod si cut veritas est Christus, & verus Agnus Dei, qui quotidie pro vita mundi mystice immolatur: ita procul dubio, ex pane vera caro, & ex vino verus Sanguis ejus, consecratione Spiritus Sancti potentialiter creatur. Certe, nemo est, qui non videat, hanc Anonymi Scriptoris fidem Confessionem, esse Catholicam, nec magis diserte ullum Catholicum suum, de reali præsentiæ Corporis Christi in Eucharistiæ, & de transubstantiatione, fidem exprimere posse. Hac autem præmissa Catholicæ Confessione, in hoc dumtaxat Paschasi carpit idem Anonymus Scriptor, quod putet, Paschasi rem proflus inauditam afferuisse, nempe, non aliud esse carnem in Sacramento Eucharistiæ, quam quæ nata est ex Virgine Maria: illud, inquit, in eo libro, seu Paschasi, mibi proflus inauditum fateor reperiiri, sub nomine S. xxiv. tam clare profitetur, se credere præsentiam realem Corporis, & Sanguinis Christi in Eu-

chari-

charistis Sacramento, ut nullum omnino de ipsius mente dubitandi locum relinquat: *Hic credimus, inquit, naturam simplicem panis, & vini mixti, veri in naturam rationalem, scilicet Corporis, & Sanguinis Christi.* Ratramnus vero in libro, quem edidit de Corpore, & Sanguine Domini, non negat praesentiam realem Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistia, sicut ostendemus in Colloquio quinto, ubi hunc Ratramni librum examinabimus, sed solum in posteriori libri sui parte, probandum sibi sumit Ratramnus, Corpus Christi in Eucharistia idem non esse, quod ex Maria Virgine natum est, & in Cruce passum est, quia, inquit, Corpus Christi, quod ex Maria Virgine natum, quod mortuum, quod sepultum est, ossibus, & nervis compactum est, & bujusmodi membrorum lineamentis distinctum. Corpus vero Christi in Eucharistia existens nullis nervis, ossibusque compactum, nulla membrorum varietate distinctum, nulla rationabili substantia vegetatum, nullos proprios potens motus exercere. Quibus verbis non obscurè innuit Ratramnus, Corpus Christi in Eucharistia existens idem quidem esse quantum ad substantiam, quod Corpus Christi ex Maria Virgine natum, & in Cruce passum, esse tamen diversum, quantum ad existendi modum; quia Corpus Christi, in statu suo naturali, visibile, & palpabile erat, Corpus vero Christi in Eucharistia contentum, nec palpabile, nec visibile est, utpote Sacramentalibus speciebus velatum. Si ergo ea expendantur, quae haec tenus adduximus Scriptoris Anonymi, Rabani, Amalarii, & Ratramni testimonia, liquid o patebit, illos nullam item Paschasi movisse, de praesentia reali Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistia, neque in dogmate de transubstantiatione ab eo disfuisse, sed in eo impugnasse dumtaxat illum loquendi modum, quo Paschasi afferebat, Corpus Christi in Eucharistia existens idem esse, quod Corpus Christi ex Maria Virgine natum, & in Cruce passum, ac sepultum est. Eudem loquendi modum improbat etiam decimo Ecclesiæ saeculo Herigerus Abbas Laubiensis, cuius Tractatus a Patre Cellotio Societas Jesu, in appendice ad Historiam Gothescalci, sub solo Anonymi titulo vulgatus est, & ideo *Anonymus Cellorianus* antehac audiebat; sed doctissimus Mabillonius hunc Tractatum Herigeri Abbatis esse detexit, certissimis conjecturis, quæ legi possunt in Præfatione part. 11. saeculi IV. Benedictini. Iste autem Herigerus licet hunc Paschasi loquendi modum impugnaverit, circa tamen realis praesentia Corporis Christi in Eucharistia, & transubstantiationis dogma, idem plane sentit, ac Paschasi, uti commonstrabimus in nostris Colloquiis in Historiam decimi Ecclesiæ saeculi (a).

(a) Nihil profecto magis infastis avibus conceptum est, quam heterodoxorum commentum autantium auctorem primum dogmatis de praesentia reali in Eucharistia Paschasi extitisse. Profecto circa hos annos, & aliquanto etiam citius, vivebat Michael Syncellus Hierosolymitanæ Ecclesiæ, quem nemo jure merito accusaret de accepto dogmate isto a

Latino aliquo auctore. Hic vero in suo libello *De orthodoxa fide*, ut jam in notis superioribus indicavi, hæc de Eucharistia habet: *accedo ad intemerata mysteria credens illa vere esse corpus & sanguinem Dei Verbi (ανθρώπου θεοῦ αἵματος τοῦ σωτῆρος θεοῦ λόγου) pro nobis incarnati, qui dedit ipsa fidelibus in cibum, & potum in remissionem peccatorum.* Hunc Michaelen laudari a Theodoro Studita lib. 11. epist. 213. dudum ab aliis animadversum est. Extat libellus iste evulgatus a P. Montfaucon Biblioth. Coislin. cod. 34. fol. 90.

D. Sententia *Paschasi Radberti* afferentis, Corpus Christi in Eucharistia idem esse Corpus, quod ex Maria Virgine natum, & in Cruce mortuum, erat ne aliqua reprehensione, seu censura digna?

M. Sententia Paschasi nulla erat censura digna, utpote apprime Catholica, & perspicuis fulta testimonii Sanctorum Patrum, praesertim S. Ignatii Martyris in Epistola ad Smyrnæos, Sancti Ambrosii cap. 9. lib. de Mysteriis, Sancti Chrysostomi Homil. 24. in priorem Epistolam ad Corinthios, S. Augustini in sermone ad Neophytes, Gregorii Nisseni in Oratione Catechetica cap. 37. sicut videre est apud Mabillonium in Præfatione partis 11. saeculi IV. Benedictini. Nec enim aliud volebat Paschasi, quam Corpus Christi in Eucharistia existens idem esse, quantum ad substantiam, veraque naturæ proprietatem, & integratatem, quod Corpus Christi ex Maria Virgine natum, & in Cruce passum. Quia in re Paschasi veram Ecclesiæ Catholicæ doctrinam tuebatur. Hinc tamen inferri minime debet, sententiam eorum, qui Paschasi impugnarunt, quique dicebant, Corpus Christi in Eucharistia contentum non esse idem, quod ex Maria Virgine natum & in Cruce mortuum est, fuisse Fidei Catholicæ, & SS. Patrum traditioni contrariam. Hæc quippe Paschasi adversariorum sententia Orthodoxa itidem erat, quia illi ultra fatebantur, Corpus Christi in Eucharistia Sacramento existens idem esse, quantum ad veræ naturæ proprietatem, quod ex Maria Virgine natum, mortuum & sepultum est, sed solum negabant idem esse Corpus, quantum ad existendi modum, cum quædam Corpori Christi in Sacramento convenienter, quæ ei præcise in statu naturali non competit, ut exempli gratia, carere extensione locali, per se non moveri, manducari, &c. quod quidem verissimum est, nec unquam a Paschasi negatum. Quapropter, cum utraque sententia tam Paschasi, quam ejus adversariorum, Fidei Catholicæ principiis fuerit consentanea, idem plane de hac Controversia, quæ inter illos nono Ecclesiæ saeculo extitit circa diversum loquendi modum de Corpore Christi in Eucharistia Sacramento, judicium ferendum esse existimo, quod jam in præcedentibus nostris Colloquiis tullimus de duabus aliis Controversiis, quarum prima orta est in quarto Ecclesiæ saeculo de una tantum, vel tribus in Trinitate admittendis Hypostabis. Altera, quæ in sexto Ecclesiæ saeculo mota est, occasione hujuscemodi

rum Monachorum propositionis: *Unus e Trinitate in carne passus est.* Sicut enim ostendimus, Catholicos in his duabus Controversiis acriter disceptasse, & tamen in fidei dogmate consenserisse, atque de nativa dumtaxat vocum significazione, vel de vario loquendi modo inter se fuisse altercatos: ita accidit in hac Controversia Eucharistica, quam nono Ecclesiæ saeculo, Paschasi inter, & ejus adversarios circa modum existendi Corporis Christi in Eucharistia Sacramento, excitatam hucusque exposuimus. Hæc siquidem Controversia, tota quanta erat, in sola pugna verborum, seu in diverso loquendi modo versabatur. Hinc Lanfrancus in Dialogo aduersus Berengarium ait, utramque sententiam, idest, tam Paschasi Radberti, quam eorum, qui ei adversabantur, facili negotio conciliari posse, ac Corpus Christi Eucharisticum vere dici posse, & ipsum Corpus, quod de Virgine sumptum est, & tamen non ipsum. *Ipsum quidem quantum ad essentiam, veraque naturæ proprietatem atque virutem; non ipsum autem, si species panis, vinique spiritum.*

D. Gaudeo plane, Scriptores illos Ecclesiasticos, qui nono Ecclesiæ saeculo, certum quendam Paschasi loquendi modum impugnârunt, in ipso tamen fidei dogmate de reali Corporis Christi in Eucharistia Sacramento presentia, & de transubstantiatione cum eodem Paschasio convenisse. At nescio quid sibi velint Viri quidam eruditæ, quorum cœtui nuperrime interfui, qui affirmabant, *Rabanum, & Amalarium*, quos inter Paschasi adversarios mox enumerasti, adhæsisse cuidam sedissimæ Hæresi Stercoranistarum, quos non pudebat afferre, Corpus Christi in Eucharistia Sacramento, dum ore sumitur, instar cœni olidi abire in secessum. Certe, duos illos noni saeculi Scriptores in tam faculentæ hæresis luto hæsisse necdum in animum meum inducere potui, immo, vix adducor, ut credam, tam sordidam ac propudiósam Hæresim nono Ecclesiæ emeruisse saeculo.

M. Rabanum Archiepiscopum Moguntinum a nonnullis cum antiquis, tum recentioribus Scriptoribus spurcissimi Stercoranistarum erroris fuisse insimulatum negari haud potest. Verum, doctissimus Mabillonius in Præfatione partis 11. saeculi IV. Benedictini tam putidam labem a *Rabano* abstergit, & gravissimis momentis evincit, ipsum neutiquam Christi Domini Corpus, sed ad summum Symbola sola, seu species Eucharisticas, aliorum ciborum, qui in secessum abeunt, legi subiecisse. Quod sane citra Hæresim dicere potuit *Rabanus*. Eodem pacto excusari potest *Amalarius*, & quædam, duriores licet, locutiones, quibus utitur in sua Epistola ad *Heribaldum*, benigna interpretatione ad hunc Rabani sensum flecti debent. Paulo major est difficultas de Græcis, quibus Cardinalis *Humbertus*, & alii Latini hinc Stercoranistarum errorem impegerunt, eo potissimum nomine, quod Græci dicerent, solvi Eucharistia jejunium, ex quo Latini inferebant, Græcos ea Stercoranistarum Hæresi esse infectos, eosque putare Eucharistiam, ceterorum instar ci-

Cardinalis Humberti, qui, disputando contra Nicetam Græcum, hanc Stercoranistarum Hæresim Græcis inconsiderate impegit, sicut antea observavimus.

D. Nulla igitur nono Ecclesiæ saeculo circa Augustissimum Eucharistia Sacramentum erupit Hæresis.

M. Antiqua fides, quæ de reali Corporis Christi præsentia in Augustissimo Eucharistia Sacramento & de transubstantiatione a primordiis Ecclesiæ coepit, non Ecclesiæ seculo illibata permanuit, & summo tam Pastorum, quam Fidelium omnium studio fuit constanter custodita, ut plene ostendemus in sexto Colloquio in Historiam hujus saeculi, ubi confutabimus figuramentum Calvinistarum, qui Paschasium Radbernum Scriptorium noni saeculi Doctrinæ de præsentia reali Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia primum Autorem fuisse effluiunt, ita ut nono saeculo, antequam Paschias suum ederet librum de Corpore, & Sanguine Domini, Antistes omnes, Clerici, & Laici, Christi Corpus & Sanguinem ab Eucharistia re ipsa abesse, folamque illius figuram & virtutem in ea extare crediderint. Quod sane purum, putumque Hæretorum commentum esse ibidem communiorabimus. Fatendum tamen est Joannem Erigenam genere Scotum scripsisse nono Ecclesiæ saeculo librum, quo Berengarii, cæterorumque Sacramentariorum Hæresim præformavit. Docuit enim, teste Hincmaro Remensi Archiepiscopi in lib. de Prædestinatione cap. 31. quod Sacramentum Altaris non verum Corpus, & verus Sanguis sit Domini, sed tantum memoria veri Corporis & Sanguinis ejus. At hic male natus Joannis Erigena liber, ubi primum in lucem prodiit, in Concilis proscriptus, a Catholicis Scriptoribus consutatus, omnium Fidelium execrationibus rejectus, natalitiis suis tenebris damnatus est, ut constabit ex his, quæ dicturi sumus in Colloquio quinto, ubi agemus de Operibus Virorum Illustrium, qui nono Ecclesiæ saeculo floruerunt.

D. Veniamus nunc, si placet, ad alteram Controversiam, quæ nono Ecclesiæ saeculo excitata est occasione doctrinæ Gothescalci.

M. Duplicem controversiam nono Ecclesiæ saeculo excitavit Gothescalcus Monachus Coenobii Orbacensis. Prima in hoc sita erat, an dividenda esset trina Deitas? Altera contentio, quæ fuit longe gravior, spectabat geminam prædestinationem, liberum arbitrium, voluntatem Dei salvandi omnes homines, & premium Sanguinis Christi pro omnium salute effusi. Primæ controversiæ locum dedit Hincmarus Remensis Archiepiscopus, qui ex Hymno Martyrum hæc verba: Te trina Deitas delenda censebat, ne tres Dii induci viderentur. Repugnavit confessum Gothescalcus cum Ratramno, & hinc occasionem arripuit Hincmarus hæretos Gothescalcum infirmulandi, quasi triplicis divinitatis assertorem: quo etiam nomine Hæreticus audit Gothescalcus apud nonnullos, sed perperam. Hanc quippe confectionem totis viribus a se amoliri studuit Gothescalcus, eumque a turpi illa hæretos nota egregie vindicat doctissimus Paris Cou-

stant Monachus Benedictinus Congreg. S. Mauri in Vindictis Veterum Codicum confirmatis parte V. ubi Ecclesiæ Catholicae de trina Deitate dicenda traditionem afferit, *Gothescalcum, & Ratramnum*

ab injectis suspicionibus purgat, atque violentam agendi rationem Hincmari Remensis Archiepiscopi, qui in eos antiquæ traditionis hac in re propugnatores injuste excanduit, nullo pa-

to exculari posse, multis contra Germanium Veterum Codicum haud æquum estimatorem probat. Legendus est etiam super hac de trina Deitate controversia Clarissimus Gilbertus Mau-

guinus Galliarum Regi a Consilio Tomo secundo libri *Vindictarum Prædestinationis & Gratiae* cap. XLV. Dissertationis Historicæ & Chronicæ, ubi Gothescalco in hacce controversia de trina Deitate dicenda egregie patrocinatur, multisque argumentis meliorem hujus Monachi, quam Hincmarii Archiepiscopi Remensis causam fuisse

& Sanguine Domini, Antistes omnes, Clerici, & Laici, Christi Corpus & Sanguinem ab Eucharistia re ipsa abesse, folamque illius figuram & virtutem in ea extare crediderint. Quod sane purum, putumque Hæretorum commentum esse ibidem communiorabimus. Fatendum tamen est

Joannem Erigenam genere Scotum scripsisse nono

Ecclesiæ saeculo librum, quo Berengarii, cæterorumque Sacramentariorum Hæresim præformavit.

Docuit enim, teste Hincmaro Remensi Archiepiscopi in lib. de Prædestinatione cap. 31. quod Sacramentum Altaris non verum Corpus, & verus Sanguis sit Domini, sed tantum memoria veri Corporis & Sanguinis ejus. At hic male natus Joannis Erigena liber, ubi primum in lucem prodiit, in Concilis proscriptus, a Catholicis Scriptoribus consutatus, omnium Fidelium execrationibus rejectus, natalitiis suis tenebris damnatus est, ut constabit ex his, quæ dicturi sumus in Colloquio quinto, ubi agemus de Operibus Virorum Illustrium, qui nono Ecclesiæ saeculo floruerunt.

D. Veniamus nunc, si placet, ad alteram Controversiam, quæ nono Ecclesiæ saeculo excitata est occasione doctrinæ Gothescalci.

M. Duplicem controversiam nono Ecclesiæ saeculo excitavit Gothescalcus Monachus Coenobii Orbacensis. Prima in hoc sita erat, an dividenda esset trina Deitas? Altera contentio, quæ fuit longe gravior, spectabat geminam prædestinationem, liberum arbitrium, voluntatem Dei salvandi omnes homines, & premium Sanguinis Christi pro omnium salute effusi. Primæ controversiæ locum dedit Hincmarus Remensis Archiepiscopus, qui ex Hymno Martyrum hæc verba: Te trina Deitas delenda censebat, ne tres Dii induci viderentur. Repugnavit confessum Gothescalcus cum Ratramno, & hinc occasionem arripuit Hincmarus hæretos Gothescalcum infirmulandi, quasi triplicis divinitatis assertorem: quo etiam nomine Hæreticus audit Gothescalcus apud nonnullos, sed perperam. Hanc quippe confectionem totis viribus a se amoliri studuit Gothescalcus, eumque a turpi illa hæretos nota egregie vindicat doctissimus Paris Cou-

tbari

barii Imperatoris Optimatibus aliquantis per hospitatus est, ubi dum versaretur, collationem habuit cum Notingo de gemina Prædestinatione, siue Electorum ad vitam, sive Reproborum ad mortem. Quod, vulgate fama, statim ac perspectum habuisset Rabanus Moguntinus Archiepiscopus, literas direxit ad Eberardum Comitem, in quibus eum admonebat, ut Gothescalcum, quem Sciolum appellabat, ab hac seca prohiberet. Eodem tempore alias ejusdem argumenti literas Rabanus dedit ad Notingum Veronensem Episcopum. His literis pulsatus Gothescalcus, ut sibi consulseret, Eberardi Comitis adibus excelsit, & postquam Noricum, Sveiam, aliasque quasdam Germaniæ partes peragressus, ut testatur Annalista Bertinianus, Moguntiam appulit, ubi Rabanus Moguntinus Archiepiscopus. Concilium convocavit anno DCCXLVIII. coram quo citatus Gothescalcus & interrogatus communis omnium consensu damnatus est, ejusque doctrina ceu hæretica confixa. Sed quia Gothescalcus aliena Provinciæ, hoc est, Remensis, tum origine, tum ordinatione, tum monastica professione subditus erat jurisdictioni, remissus est ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum. Comparuit Gothescalcus in Concilio Carisiaci coacto anno DCCXLIX. cui Wenilo Senonensis, & Hincmarus Remorum Archiepiscopus cum multis Episcopis, Abbatibus & selectis Sacerdotibus interfuerunt, a quibus doctrina Gothescalci denuo proscripta est, ipse vero alperis verberibus castigatus libros, quos conscriperat, in ignem projicere compulsa, tandem ad perpetuum ergastulum celles Monasterii Altivillarensis Diœcesis Remensis detrusus est. Hoc in carcere reclusum damnatumque Gothescalcum ad saniores mentem revocare cum non posset Hincmarus, scriptis ad Prudentium Trecensem Episcopum, qui a Synodo Carisiaca absuerat, eumque consuluit, quo pacto se se erga Gothescalcum gerere deberet? Prudentii precibus ac consilio adductus est Hincmarus, ut cum Gothescalco humanius ageret, eique scribenda confessionis fidei licentiam daret. Edidit Gothescalcus duplum confessionem fidei breviorem unam, prolixiorum alteram. Sed metuens Hincmarus ne Gothescalcus, post utramque fidei confessionem a se editam, bene multos, ex ordine præsertim Monastico, in suas partes pertraheret, Opusculum contra ejus errores ad Reclusos, & Simplices Remensis Diœceseos scripsit. Postremo, cum post multas adhibitas adhortationes Gothescalcus resipiscere & suorum errorum palinodiam decantare nollet, indicta est anno DCCCLII. Secunda Synodus Carisiaca, cuius magna pars fuit Hincmarus, & in qua rursus damnatus est Gothescalcus, atque contra ipsum doctrinam quatuor condita sunt Capitula, quæ expendemus in proximo Colloquio, ubi agemus de Conciliis, quæ nono Ecclesiæ saeculo fuerunt celebrata. His momentis, sed præcipue Hincmari Archiepiscopi Remensis testimonio moventur plures Viri eruditæ, ut credant, Gothescalcum jure ac merito tanquam Hæreticæ

doctrinæ assertorem fuisse damnatum, eumque nullis editis penitentiæ signis, in suis tutandis erroribus obstinato animo perseverantem e vivis excessisse.

At, versa vice, non desunt Viri eruditæ, qui Gothescalcum ab hæresi vindicant, eumque ab Hincmaro Remensi Archiepiscopo injuste fuisse opprimitis his rationibus probant. Primo, quia in causa Gothescalci nulla omnino fides adhibenda est Hincmaro, quippe qui odio plusquam Vatiniano Gothescalcum ad ultimam usque vita periodum prosecutus est. Fatentur omnes Scriptores, magnam fuisse crudelitatem, quam post mortem Nicolai I. Papæ in proprium suum nepotem Hincmarum Laudunensem Episcopum usque ad occæsionem, & oculorum evalutionem exercuit Hincmarus Remensis Archiepiscopus. Sed longe major, & atrocior fuit crudelitas, qua Gothescalcum miserabile Monachum infectatus est idem Hincmarus. Parum quippe huic inclementi Archipräfulti fuit Carisiensis Synodi servita, qua Gothescalcus virgis ac verberibus miserum in modum dilaniatus est, & tanta terri diuturnique carceris molestia, quam diu patienter tulit ille Monachus, sed etiam ei morituro omnem & spiritualem & corporalem humanitatem, & reconciliationem & Viaticum & Sepulturam Ecclesiasticam denegavit, ejusque invictam in doctrinæ sane defensione constantiam, furoris, insaniam, detestationis, & blasphemiarum nominibus inique infamavit. Hæc fuit in Gothescalcum agendi ratio Hincmari, qui Caroli Regis cognomine Calvi gratia & favore subnixus, in tantum superbiz fastum proiectus est, ut suis voluntatibus non soloni quemquam obstatre non sufficeret, sed, quantum pollebat potestare, crudeliter in omnes sibi obstantes ulcisceretur. Secundo, contra juris regulam Rabanus in Concilio Moguntino, in quo primo damnatus fuit Gothescalcus, præses sedebat, & in ipsum sententiam tulit. Erat siquidem Rabanus in causa cum Gothescalco, ac subinde, dum in eum sententiam tulit, violavit hanc Regulam Juris, quæ prohibit, ne quis judicit in propria causa. Tertio, Formulæ, seu Confessiones fidei, quas Hincmar exhibuit Gothescalcus, nihil complectuntur, quod non sapiat doctrinam S. Augustini de gratuita Prædestinatione, & de necessitate gratiæ se ipsa efficacis ad omnes & singulos pietatis actus, nihilque ex his extundi potest, quod Hæresim oleat, ut fatentur etiam ejus adversarii, qui dumtaxat afferunt, eum in his fidei Confessionibus confutato suo dissimulasse errores, quos in Germania sparserat. Quartto, Gothescalco misere oppresso protinus accurrerunt Viri doctrina & pietate insignes, qui ejus patrocinium aperte sulcepserunt. Lupus Abbas Ferrariensis, in libro jussu Regis Caroli Calvi a se edito de tribus Questionibus Gothescalco ejusque doctrinæ plurimum favet, Ratramnus Corbeiensis Monachus in duabus libris, quos edit de Prædestinatione, Prudentius Episcopus Trecensis in libro, quem compositus de Prædestinatione, Lupus Servatus Presbyter Moguntinus in libel-